



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

VII. Die Markgrafen Albrecht und Otto bestätigen das Kloster Leitzkau,
nach dem Jahre 1160.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

liter ad illuminandam ecclesiam eandem contradidit. Hec donatio confirmata est plene in curia Magdeburg coram Romanorum Principe Friderico, assistentibus et consentientibus filiis meis Ottone, Hermanno, Henrico, Adelberto, Theodorico. Anno Dominice Incarnationis Millesimo centesimo quinquagesimo septimo, Indictione sexta.

Aus einem Vidimus des Kurfürsten Friedrich vom Jahre 1418 in der im Brandenb. Stiffts-Archive befindlichen alten Copie. Aus anderer Abschrift bei Buchholz I, 421.

VI. Graf Dieterich von Werben bekundet, daß sein Vater Markgraf Albrecht Brizin und Cluzow, so wie eine Elbinsel bei ersterem Orte zur Hälfte dem Kloster U. L. Frauen zu Magdeburg, die andere Hälfte der Insel aber dem Kloster Leitzkau geschenkt habe, um das Jahr 1171.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Theodoricus, Dei gratia Comes de Werben, Notum facimus tam futuris quam presentibus Cristi fidelibus, qualiter beate memorie pater meus Albertus, Brandenburgensis Marchio, consensu meo fratrumque et heredum meorum legitima largitione contulerit ecclesie beate Marie in Magdeburg Villam Brizin cum omnibus iuribus ad eam pertinentibus, molendinis, aquarum decuribus, exitibus et redbitus ceterisque pertinentiis suis et utilitatibus tam agrorum quam nemorum, preterea partem nemorose insule eidem ville adiacentis inter duas Albis reflexiones. Mediam enim partem ejusdem insule fratribus de Liezcka contulerat. Nihilominus pari modo eidem ecclesie beate Marie in Magdeburg villam Cluzow cum omnibus utilitatibus tam agrorum quam nemorum cunctisque ad eandem villam pertinentibus. Hanc itaque donationem meam, fratrumque et heredum nostrorum voluntate et assensu perpetuam ratam et inconuulsam esse —

Fragment aus der Gumbding'schen Sammlung. — Buchholz IV, Anh. 17.

VII. Die Markgrafen Albrecht und Otto bestätigen das Kloster Leitzkau, nach dem Jahre 1160.

Ego Adelbertus, Marchio Brandenb. et Otto filius meus etc. Quod sicut ad caput suum, unde prodeunt, flumina revertuntur, ut iterum fluant, sic digne et iuste mundi principes suo Creatori Deo Dno. a quo omnis potestas recognoscendo condecet humiliter obedire et subditis ejus christi fidelibus pace et tuitione iustis modis providere. Sic enim, nec aliter stabit in veritate noster principatus: sic Christianae pacis vigor, et precipue religiosorum, qui sub nostra custodia degunt, per nos fuerit conservatus. Eo devotiori intuitu pro nostrae salutis, et filiorum meorum statu, nec non pro requie nostrae conjugis Sophiae, providere decrevimus, paci et quieti ecclesiae S. Dei Genitricis Mariae in monte Litzeka, quae ex Dei gratia novis temporibus nostris et consiliis et auxiliis